

mo, corpus est animal, substantia est corpus. Hęc de 6. c. dicta sunt, in quo terminatur intentio nostra expositiua super quinque prædicabilia. Nec mireris tu nouit, si relinquim⁹ proprietates & communitates, quas assignat Porphyrius, & Petrus Hispana. & differentias quinque prædicabilium ad inuicem comparatorum, qm̄ declaratis & expositis singulorum prædicabilium diffinitionibus quo ad singulas particulas, vt s. ex posuimus, poteris p̄ te ipsam huiusmodi cõmunitates & differētijsprehēdere. Ideo hic sistendū est.

Traclatus quartus de quinque prædicabilibus finis.

TRACT. QVINTVS DE
Antepredicamentis, & prædicamentis,
& postpredicamentis.

Rost habitam considerationem de quinque vniuersalibus siue prædicabilibus, doctrinæ ordo re quirit, quod de categoriis, quæ apud Latinū prædicamenta dicuntur, pertractemus. Ordinatur. n. Porphyrius in sagos ad habendam eam prædicamentorū doctrinam, quam tradidit nobis Arist. præterea in tract. præced. actum est de rationibus & diffinitionibus ac diuisionibus quinque vniuersalium. In tract. autem præsentis actus sumus de ordinatione quinque vniuersalium, quæ constituitur prædicamentum vt dicemus, ergo necesse fuit præscire ipsa quinque vniuersalia, vt in præsentis tract. sciamus ea ordinare in linea prædicamentali. Vane enim conatur ordinare qui prius nō nouit ordinabilia. Rationabiliter ergo post doctrinam traditam de quinque vniuersalibus, agēdum est in præsentis tract. de prædicamentis. Quem diuidemus in tres partes sicut & Aristoteles videtur diuisisse. Prima pars erit de antepredicamentis. Secunda de prædicamentis. Tertia de postpredicamentis.

Partem primam diuidemus in quatuor capita. Primò pertractanda sunt quædam, quæ præcognoscere oportet, ne per incognita procedamus, aut sumus coacti ea sæpius repetere. Secundò agendum est de primo antepredicamento sumpto in genere, quod continet tres definitiōnes scilicet equinocorū, vniocorū, & denominatiuorum. Tertiò agendum est de secundo antepredicamento sumpto in genere quod continet duas diuisiones terminorum. Quartò agendum, est de tertio antepredicamento sumpto in genere quod cõtinet duas regulas, quarum prima valet ad cognoscēdum ea, quæ locantur sibi sub & supra ordinatē, secunda autem valet ad cognoscēdum impermixtionem prædicamentorum.

C A P V T I. De præcognoscendis.

In i. c. agendum est de his, quorum præcognitio necessaria est, antequam descendamus ad tractandum in specie de antepredicamentis & de prædicamentis, & de postpredicamentis, & sunt quatuor, primò quid sit prædicamentum, secundò quid antepredicamentum, tertio quid postpredicamentum, quartò si ad logicum spectat & quomodo tractare de prædicamentis.

Prædicamentum quid sit.
Quantum ad 1. aduerte, vt scias in quo sensu tractare intendimus de prædicamento, quod quadrupliciter summi potest, primò pro omni termino prædicabili siue de vno, vt Sorte, siue de pluribus vt homo. Nam cum prædicamentum à prædicando dicitur, quicquid de aliquo vel de aliquibus prædicatur, dicitur potest in hoc primo sensu prædicamentum. secundò pro omni termino, qui de pluribus prædicatur, vt ab hoc secundo sensu excludatur terminus discretus. tertio pro genere generalissimo cuiuscunque prædicamenti, in quo sensu substantia, quantitas, qualitas, ad aliquid, &c. dicuntur prædicamenta. quartò pro coordinatione plurium prædicabilium, quæ se habent, vt in inferius & superius essentialiter in linea recta prædicamentali, vt tibi in singulari prædicamenti declarabitur infra, & in hoc quarto sensu acturum sumus de prædicamento diffiniendo quid sit.

Tu igitur aduerte, q̄ vno modo diffinitur apud nominales. & alio modo apud reales. Nam nominales sic diffiniunt. Prædicamentum est coordinatio plurium terminorum secundum sub & supra, & per ly plurium terminorum intendunt plurium prædicabilium. Nam, vt docuimus in tract. præcedenti, tenent prædicabilia non esse res siue naturas communicabiles multis, sed terminos siue conceptus,

& quoniam reales non concedunt prædicabilia esse terminos, sed naturas communes modo quo in tract. præced. exposuimus, ideo non acceptat prædicatam diffinitionem nisi aliud addatur. Igitur apud reales sic diffinitur, prædicamentum est ens dicibile, in complexum, ordinabile in genere secundum sub & supra, prout habitat termino talem ordinem significanti.

Primò dicitur ens ad differentiam non entis, vt est chimera, & negationes quæ non reponuntur in prædicamento. Nam vt probatur in li. 6. Meta. solum ens extra animam, quod est ens reale, reponitur in prædicamento, & sic excluditur ens rationis, & ens fictitium, & negationes & priuationes in quantum sunt negationes.

Secundò dicitur, ens dicibile, i. de aliquibus prædicabile, ad differentiam singularium quæ non proprie reponuntur in prædicamento, eo q̄ aliquibus subiciuntur, i. speciebus, sed de aliquibus non prædicantur cum non habeant in inferiora. Vnde coordinatio cuiuslibet prædicamenti clauditur inter generalissimum & specialissimum.

Tertiò dicitur incomplexum ad differentiam complexorum quæ sibi se tota in nullo vno prædicamento reponuntur, sed per partes in distinctis, vt hominem esse album, per ly hominem reponitur in prædicamento substantia, per ly album in prædicamento qualitas. Quod si in eodem prædicamento reponitur, non tamen in vno genere, vel vna specie, sed secundum vnam partem reponitur in genere, & secundum aliam in specie. Vt hominem esse animal. Constat enim hominem locari in specie, & animal in genere.

Quartò dicitur, ordinabile in genere ad differentiam transcendentium, quæ licet sint ens prædicabile & incomplexum, tamen non reponuntur in aliquo vno prædicamento, sed circumdant omne prædicamentum: prædicantur enim de decem generalissimis, & de omnibus contentis sub decem generalissimis. Quicquid autem reponitur in prædicamento, non egreditur limites illius prædicamenti, vt tibi manifestabitur infra.

Quintò dicitur sibi sub & s. Oportet. n. vt omne per se & directè reponibile in prædicamento se habeat ad aliud vt inferius ad superius, vel eouerso. & dicitur p se & directè, vt per ly p se excludatur ea, quæ tm̄ reductiue sunt p se in prædicamento, vt partes essentielles & integrales, quæ non sunt p se in prædicamento, sed gratia totius. Vnde materia & forma nō sunt in prædicamento, nisi quia totum cõpositum est in prædicamento. & per directè excluduntur differentia, quæ non directè linea, sed à latere, vt patet in arbore Porphyrii, continentur in prædicamento.

Sextò dicitur, prout habitat termino talem ordinem significanti, vt scias q̄ prædicamenta non considerantur à logico, vt simpliciter sunt entia realia, sicut declarabimus infra, sed vt sibi sub conceptibus secundis, qui per terminos significantur, puta consideratur substantia vt generalissimum. Similiter quantitas & qualitas, &c. Constat igitur tibi quid sit prædicamentum.

Quantum ad 2. aduerte, quod antepredicamentum est prærium traditum nobis ab Arist. conferens immediatè ad prædicamentorum scientiam sequendam. Pro cuius notitia aduerte qd & prædicabilia tradita nobis à Porphyrio & etiam ab Arist. in li. Topi. sub ratione prædicatorū, & antepredicamenta tradita hic ab Arist. præferunt scientia prædicamentorū cõsequendæ. Sed diuerfa ratione. Nam prædicabilia præferunt primo & mediatè: Impossibile est. n. scire ordinem prædicamentalem, nisi præcians quid gen⁹, quid species, & multiplices eorū diuisiones, vt docuimus in trac. præcedenti. Antepredicamēta aut p̄posita notitia prædicabilium proximè & immediatè conferunt, vt tibi manifestabitur. Sed aduerte q̄ & postpredicamenta conferunt, aliter non fuisset ab Arist. eorū notitia annexa doctrinæ prædicamentorum. Conferunt tamen alter q̄ antepredicamenta. Nam ex parte addicentis antepredicamenta sunt priora cognitione q̄ prædicamenta & postpredicamenta. Sed postpredicamenta, complent notitiam prædicamentorum. Vnde antepredicamenta sunt principium cognitionis prædicamentalis. Sed postpredicamenta sunt terminus eiusdem cognitionis. Hinc est q̄ aliqui dicunt antepredicamenta conferre à priori, postpredicamenta verò à posteriori.

Quantum ad tertium aduerte quod postpredicamentum, vt ex præmissis potes coniecturare, est docuendum traditum ab Aristot. pro complemento doctrinæ prædicamentalis. Dicit enim Aristot. in prædicamentis assignans propriè

Antepredicamentum quid sit.

Postpredicamentum quid sit.